



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

v An sacerdos addendo aliq[ua] alia [ver]ba ad p[er]dicta[m] forma[m]
[con]secret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Octauum

Solo. Si ea diceret cum intentione consecrandi tunc consecraret. sed grauius peccaret faciens contra ordinem ecclesie. unde in nullo caso hoc faciendum est.

iiij Utrum sacerdos consecraret si predicta verba vel aliqua eorum mutaret quantum ad ideoma. proferendo. scilicet in alio ideomate.

Solo. Si per hoc intenderet inducere heresim vel errorem in ecclesia et formam ecclesie abijcere tanquam inutile vel inefficacem et suam introducere quasi magis sufficientem et efficacioris non consecraret. quia deficeret in intentione requisita ad consecrandum. Si vero nullum predictorum intenderet sed consecraret secundum intentionem ecclesie. tunc bene consecraret sed grauius peccaret ritum et ecclesie institutionem non obseruans.

v Utrum sacerdos si addat aliquam aliam phrasam ad predictam formam consecree
Solo. Si per tale additorem mutetur scatio phrasarum vel sensus orationis ita quod distrahant a propria scatione vel sensu non fit consecratio. Si vero ro maneat scatio et sensus fit consecratio. sed scienter sic faciens grauius peccat ratione ut supra. Si tamen interponeretur multa verba impertinentia per que solueretur continuitas orationis tunc non fieret consecratio.

vi Utrum sacerdos subtrahens vel diminuens aliquid de predicta forma consecret.

Solo. Si subtrahat aliquod quattuor verborum que sunt de substantia forme non fit consecratio. Si vero subtrahat vel omitat aliquam syllabam vel litteram ex cuius subtractione non impeditur scatio vel sensus licet aut potest tringere in vltima syllaba vel littera dictionis tunc consecrat diligenter tamen cauendum est ne hoc fiat. Si autem formidat quod impeditur scatio vel sensus tutius est ut forma a principio repetat

Dubia

vii Utrum incongrue proferens verba consecrationis ex imperitia lingue vel inaduertentia vel alio huiusmodi consecret

Solo. Si ex incongruitate non impeditur scatio verborum vel sensus orationis quin verus sensus forme consecrationis capiatur fit consecratio. scienter tamen hoc faciens grauius peccat. ratione superius expressa.

viii Utrum sacerdos faciens transpositionem phrasarum consecrationis consecret
Solo. Sola transpositio phrasarum non impedit consecrationem. sed tamen fieri non debet. Si autem cum hoc varietur sensus. tunc non fiet consecratio. ut si interrogatiue diceret. est hoc corpus meum. Aduertendum tamen circa dictas variaciones vbi dictum est quod non impediunt consecrationem hoc verum esse nisi quis proleas intenderet inducere heresim vel errorem. prout tacitum est in solutione quarti dubij precedentis.

ix Utrum sacerdos faciens interuallum in prolatione verborum consecret
Solo. Si paruum faciat interuallum. ut puta si spuat vel tussiat vel aliud huiusmodi faciat non impedit consecratio. Si vero magnum faciat interuallum. ut si postquam dixerit (hoc est) dormiat vel aliud faciat per quod trinitas orationis soluat non consecrat

x Quid agendum sit si sacerdos non recolat se dixisse verba consecrationis vel alia que in celebratione huius sacramenti dici debent.

D ij